

CAPUT XVII.

CLIMAX

est Anadiplosis compluribus gradibus continua-
ta, dicitur latine Gradatio, Aquilæ adscensus, ut
Rom. 8. v. 29. Quos Deus præscivit, eos & præ-
destinavit: Quos prædestinavit, eos vocavit: Quos
vocavit, eos etiam justificavit: Quos autem justifi-
cavit, eos & glorificavit.

(Climax genere eodem cum Anadiplosi, sed tamen mul-
titudine anadiploseon & graduum differt ab Anadiplosi sim-
plici. Unde multitudo Anadiploseon in Climace nullam
formam novam, sed exempla Anadiploseos nova atque plu-
ra affert. Atque sic non est peculiaris figuræ dictionis spe-
cies, sed adjuncta quæpiam affectio ἀναδιπλώσεων. Plane
quemadmodum Allegoria non est peculiaris species Tropi,
sed continuatus Tropus est. Sic in exemplo proposito ha-
bes Anadiploses tres in prædestinavit, vocavit, justificavit.
NOTA hic duo: I. Et si levis nonnunquam in Climace ver-
borum & sonorum similitudinem sit alicubi, apud Poëtas inpri-
mis, transpositio, si tamen ad Syntaxin & ejus Regulas
exempla revocaveris, expresse gradationes deprehendes.
Ut in illo Eclog. 2.

Torva leana lupum sequitur, lupus ipse capellam.

Florentem cythifum sequitur lasciva capella.

Hic capella sub initium versus esse debuit, unde hæc trans-
positio disjunctionem aliquam sonorum parit. (Sensus ta-
men hic est: Torva leana sequitur lupum; Lupus capel-
lam; Capella lasciva florentem cythifum trifolium pratense.)
II. Sorites & Climax Rhetor. differunt 1. in eo, quod Cli-
max non repetit in conclusione principium, neque subje-
ctum primæ propositionis cum prædicato ultimæ conjun-
git: Sorites vero repetit & conjungit. 2. in eo, quod Cli-
max Rhet. respicit tantum ornatum Orationis: Sorites ve-
ro illationem quæstionis dubiæ. Sic, quod bonum est, id
est optabile. Quod optabile, id est, expetendum. Quod ex-
petendum, id est laudabile. Quod laudabile, i. e. honestum.

Haëte

hætenus est Clim
postremæ hujus p
subiecto primæ
stem, & erit Sor
Climax ape
fectam, ideog
cap. 3.

Os. 2. v. 21. 2.
mas, exad am carb
tritionem, & vinum

Rom. 5. v. 2. &
veram etiam glori
patientiam parat
spem, spes vero no

Rom. 10. v. 14.
runt? Quomodo
modo autem ex h
colunt, si non sunt

ib. v. 17. Fides
Joh. 1. v. 14.
apud Deum, & D
lux hominum, & f

hæderunt. Hic
I. Petr. 1. v. 5
am, in scientia a
tencia pietatem,
no charitatem.

I. Cor. 11. v. 1
tem Deus.

Lact. lib. 7. c.
nascitur, ut cog
agnoscimus, ut
mercede labora

August. lib.
meo te desiderat
necesse amare.

Haftenus est Climax five gradatio Rhetorica. Coniunge postremæ hujus propositionis prædicatum ad honestum cum subjecto primæ ad bonum. E. Quod bonum est, est honestum, & erit Sorites five gradatio Logica.

✕ Climax apertiolem habet artem & magis affectam, ideoque rarior esse debet. *Fab. lib. 9. cap. 3.*

Exempla alia.

Ose. 2. v. 21. 22. *Et erit in die illa, exaudiam, dixit Dominus, exaudiam cælos, & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum, & hæc exaudient.*

Rom. 5. v. 2. & seqq. *Gloriamur sub spe gloriae, nec id solum, verum etiam gloriamur in afflictionibus, scientes quod afflictio patientiam pariat, patientia vero probationem, probatio autem spem, spes vero non confundit.*

Rom. 10. v. 14. *Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt? Quomodo autem credent ei, de quo non audiverunt? Quomodo autem audient sine predicante? Quomodo autem predicabunt, si non sunt missi?*

Ib. v. 17. *Fides ex auditu est: auditus vero per verbum Dei.*

Joh. 1. v. 1. 4. 5. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: in ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ illam non apprehenderunt. Hic Climax duplex.*

I. Petr. 1. v. 5. *Præstate in fide virtutem, in virtute scientiam, in scientia abstinentiam, in abstinentia patientiam, in patientia pietatem, in pietate amorem fraternum, in amore fraterno charitatem.*

I. Cor. 11. v. 3. *Caput mulieris vir, viri Christus, Christi autem Deus.*

Lact. lib. 7. cap. 6. *Idcirco mundus est, ut nascamur: ideo nascimur, ut cognoscamus factorem mundi & nostri Deum: ideo agnoscimus, ut colamus: ideo colimus, ut immortalitatem pro mercede laborum capiamus &c.*

August. lib. 1. Medit. cap. 1. *Domine Deus meus, da cordi meo te desiderare, desiderando querere, querendo invenire, inveniendo amare.*

Cic. pro Rosc. Amer. *In urbe luxuries creatur: ex luxuria existat avaritia necesse est: ex avaritia erumpit audacia: ex audacia omnia scelera oriuntur.*

Idem pro Mil. *Neque vero se populo solum, sed etiam Senatui tradidit, neque Senatui modo, sed etiam publicis praesidiis & armis: neque his tantum, verum ejus potestati, cui Senatus totam Rempubl. omnem Italiae pubem, cuncta populi Romani arma commiserat*

Lib. 4. ad Heren. *Nam quae reliqua spes libertatis manet, si illis & quod libet, licet: & quod licet, possunt: & quod possunt, audent: & quod audent, faciunt: & quod faciunt, vobis molestum non est?*

Ibid. *Africano industria virtutem, virtus gloriam, gloria emulos comparavit.*

Pro Arch. *In ceteris Asiae partibus cunctisque Graeciae sic ejus adventus celebratur, ut famam ingenii expectatio hominis, expectationem ipsius adventus, admiratioque superaret.*

Exemplum Climacis est apud Ausonium.

Eydill. 12.

*Res hominum fragiles alit & regit & perimit Sors
Sors dubia aeternumque labans, quam blanda fovet spes.
Spes nullo finita aeo, cui terminus est mors.
Mors avida, inferna mergit caligine quam nox.
Nox obitura vicem remeaverit aurea cum lux.
Lux dono concessa Deum: cui praevisus est Sol.
Sol cui nec furto Veneris latet omnipotens Mars.
Mars nullo de patre satus: quem Thressa colit gens.
Gens infrena virum, quibus in scelus omne ruit fas.*

CAPUT XVIII.

I. ANAPHORA

est, cum sonus idem iteratur in Principiis sententiarum. *Latine dicitur Relatio.*

(*Ἀναφορὰ ab ἀναφέρω, id est, refero, quod sonum eundem referat seu repetat, nomen habet. Vocatur etiam ἰταναφορὰ Repetitio.*)

2. Ejus-

LIB
2. Ejusmodi
nus tantum in
publicam, con
deludi vosmet
tiemini? Cic.
(Hic repetitur
Et in Agr. l. S
san, metu perari
dicionibus traditi
prior in syllaba
trotam: poster
tacionibus, sedi
Vel 2. Vol
v. 8. Melius
den in homin
quam in princ
It. vers. 15.
nem. Dextra
fortia.
(Hic eadem
Dextra, dexte
3. Anaph
4. Polu
tionis in p
Somnus &
pora atque an
(Polysyndet
five conjunctio
Anapho
est illustric
(Hinc vult
At anguste